

ad Christum nobis prodam. His enim omnes, uno Bernaldo,
et nuper Bruchtono excepto, à quibus tamen in quibusdam differen-
tiis cogor, inter finem captivitatis et initium hebdomadum Da-
nielis hiatum facere majorem vel minorem, quem ex Thucydide,
Xenophonte et profanis alijs expleat, magno et pudendo erro-
re, meo quidem iudicio, quasi videlicet Spiritus Sanctus hac parte
deservit Ecclesia, et oraculum Danieli frustra aperuerit,
quod sane dicendum erit, si hiaty arbitrarij ille, de quo dixi,
locum habet. Sed credo me de hoc etiam alijs ad te. Dabo
operam ut brevi manum extremam imponam. Feliciter
vale. Heidelbergæ 12. Januarij 1604.

D. AMANDOPOLANO Theologo Basiliensi David
Pareus.

39.

Salutem à Domino Jesu. Petis frater honorande sententiam meam
de quaestione: An Theologia, quatenus est habitus animi tum in
Prophetis et Apostolis, tum in alijs fidelibus, sit habitus infusus?
an vero tantum in Prophetis et Apostolis sit infusus, quia sine ulla
labore suo per immediatam inspirationem eum sunt consecuti; in alijs
vero fidelibus sit habitus acquisitus, quia non sine labore et stu-
dio eum consequantur? Et quidem loquendo non de Theologia naturali,
hoc est Metaphysicâ, quam acquisitam esse constat. Sed de Theologia
Christianâ. Es si vides, quid in utraque partem disceptari queat, dicam
tamen, quid mihi videatur brevissime, salutus et aliorum meliore ju-
dicio. Rectè igitur removes à quaestione Theologiam Philosophorum
et Prophetarum: ut in quaestione relinqua tur sola Theologia, ut nunc
habetur et docetur in scholis Christianorum, estq; rerum divinâ
ad salutem patefacta scientia. Quantum ad methodum talem,
vel talem, quâ traditur vel cognoscitur, quaestio nulla esse potest,
quin sit acquisita. Quantum ad materias ipsas, discemus Theo-
logiam θεωρητικὴν à πρακτικῇ. θεωρητικὴν patet esse acquisitum
habitum, qualem vulgar Theologorum habet, utinam non
abrog. Spiritu

abq; Spiritu Dei! Non negarim tamen in eximijs quibusdam viis
Theologi s quiddam accessisse et accedere ex Deo, non tam studio acqui-
situm, quam precibus et invocatione impetratum. Πρακτικὸν
verò quæ τὰ πρακτὰ Legis et Evangelij in actum deducit, & ideo
cum fide salvificâ conjuncta est, supernaturalem gratiam esse dixerim
æquæ ac fidem ipsam. Habes quid sentiam. Cupio tuum vici simha,
bere iudicium, qui haud dubiè de re istâ plenius cogitasti: ut ha-
beamus unum sensum. Thomas, esse dubia quadam habet de naturâ Theo-
logia, hæc tamen ex parte non attingit. Mitto alteram disputatio-
nem nostram adversus fanaticos et Jerumanitas, quasi tuo probabi-
tur calculo, gaudebo. Vidisti quàm scabiosè et futiliter contra nea-
gant Jeruita Moguntini: nec tu pariant nomini. In scurrili di-
cacitate posuerunt robur suum, ut non immerito dubitem, an ve-
ro respondeam canibus latrantibus. Audiam tamen fratrum iudi-
cia. Non desunt, qui jam dissaserint, aliis contra sentientibus.
Exemplum additum ex hibe quod d. Negebar vero cum plurimâ sa-
lute, adiutum et Generosus Dominos Byleios, quibus benedictio,
nem et gratiam omnem precor à Domino. Res Silesia Lubrico
sunt loco. Nuper quidam ex primoribus ad nos misit propositiones
et recessus Comitiorum in quadragesimâ & Julii mense habito-
rum. Gernerus excitabit nobilitatem Bregensem: hæc pla-
cui Lignicensis & reliqua quiescat, ad Episcopum detulit Catalogum
Calvinistarum, ut vocant, petens horum exterminium per assema-
jertatem. O exopta tam rem adversarijs! Mox sub prætextu
Calvinismi ejecti non pauci Ministri Lutherani, erepta illis alijs
quot templa, secuta Oppaviensum & Glogoviensem proscriptionem.
Commissarii conquesti in primâ propositione: foveri Calvinistas, a-
dificata esse templa, illos ejiciendos, hæc dimenda. Responsum
statibus: Seignorare velle inquirere, exsequi. Hic tenentur.
Questi sunt vicissim, prætextu Calvinistarum sibi non paucâ templa
erepta. Responsum à Commissarijs. Jure factum, quia spe-
ctant ad

80

ctarint ad Ordinarios. En judicatum! Status provocant ad Pa-
cem Religionis Imperii, & ad Ferdinandi & Maximiliani diploma-
ta. Responsum; pacem ad Silesios nihil pertinere; non jure, sed
gratuito indultum eis Augustanae Confessionis exercitium. Nunc
poenitet Epimetheos. Urgetur à Caesarianis et Episcopis executio.
Sic fuis indicio perijt forex. Doleo sortem Patria. Sed luct poe-
nas luxur et insolentia. Sape audiui ex D. Ursino: Patria
mea est Sybaris. Dabit poenas. Haec deplorare licet: utinam
precibus avertere! Vale. Heidelbergae 23. Octob. 1604.

40.

Amandus Polanus,
D. Davidi Pareo S. P. D.

Gratias tibi, quas possum maximas ago, Vir clarissime, et frater
plurimum honorande, quod sententiam tuam ad quaestionem proposi-
tam de Theologiae habitu in nobis qualis sit, infusus ne an acqui-
situs, mihi explicasti: quam verissimam esse agnosco. (Causa cur
proposuerim fuit, quia ante Septimanas aliquot legens Tra-
actui Suarez de disputationes Metaphysicas, in quibus interdum Theo-
logiam infusam, interdum acquisitam nominat, de hac rem mihi ju-
dicari cogitandum, atque ut simul certali quid haberem, sententiam
tuam exquirere volui, in qua libenter acquiesco. De me enim scum
status, esse veris aliis utor, nimirum, Theologiae habitum in ha-
minibus fidelibus esse compositum, partim infusum, partim acqui-
situm. Infusum quidem, quatenus est salvifica cognitio
Dei, et Servatoris nostri Christi, aliarumque rerum divinarum ad salu-
tem necessariarum, cordibus nostris à Spiritu Sancto indita, ac proinde
habitum illum cum fide salvifica conjunctum, aut ut Gabriel Biel non
male pronuntiat, sicutur Guilielmum Oreamun, Fidem infusam in,
cludere, aut idem esse cum fide infusâ, quâ et principiis Theo-
logicis, nimirum scripturis DEO PATRI & SPIRITUI SANCTO, & per illas in DEUM
Patrem,